Universitätsbibliothek Paderborn

D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi, Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m] patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illo qui domino suo præcipiente homicidium fecerit. xvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Visual Library

corpus domini contingat. In quo perdurans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

Item de homicidio ſpontè commiſſo. *Cap. XIII.*

Ex cōcil. Anciranno, ca. 21.

QVI voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem iugiter ſubmittant ſe, perfectionem vero circa vitæ exitum conſequantur.

De eadem re. *Cap. XIIII.*

Ex cōcil. Pariſiēſi. cap. 6.

SI quis homicidium ſpontè commiſerit, & non violentiæ reſiſtens, ſed vim faciens, innocentē & ſimpliciter gradientem interfecerit, vſque ad finē vitæ ſuæ grauiter pœniteat, ſic tamen, vt ſi pœnitentiā bene peregerit, in exitu ei communionis viaticum non negetur.

De homicidio non ſpontè commiſſo. *Cap. XV.*

Ex cōcil. Anciranno, ca. 22

DE homicidiis non ſpontè commiſſis prior quidē definitio, poſt ſeptennem pœnitentiam, perfectionem conſequi præcipit. Secunda verò quinquennii tempus explere.

De eadem re. *Cap. XVI.*

Ex cōcil. Hānetē. cap. 2.

SI quis caſu non volēs, homicidium perpetrauerit, quadraginta dies in pane, & aqua pœniteat. Quibus peractis, biennio ab oratione fidelium ſegregetur, non communicet, nec offerat, poſt biennium in communionem orationis ſuſcipiatur: offerat autem, non tamen communicet. Poſt quinquennium ad plenam communionem recipiatur, abſtinētia ciborum in arbitrio ſacerdotis mane[at]

De illo qui domino ſuo præcipiente homicidium fecerit. *Cap. XVII.*

Ex eodē, cap. 25.

SI quis liber iubēte domino ſuo ſeruum eius occiderit, vt homicidium ſpontè commiſſum pœniteat.

De illo qui ſeruum ſuum interfecerit. *Cap. XVIII.*

Ex cōcil. Agathē. cap. 62.

SI quis ſeruum proprium, ſine conſcientia vel iudicio iudicis occiderit, vt homicidium ſpontè commiſſum [lu]geat.